Grochowski Sasimom Coniugib. Roborat et Statuit.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitanealibus Premislien. Generosus Stanislaus a Grochowice Grochowski sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competen. recedendo. Praesen. vero Castrensi Capitaneali Premislien. Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse suo et Generosae Zophiae Znewiecka Consortis suae pro Cuius rati habitione cauet ac se praesen. inscribit nomine # scriptum certum manuale per se Recognoscen. in rem et manus Generosorum Valentini Sasim et Christinae Iwanowska Coniugum legitimorum ratione certarum rerum et Conditionum in eodem scripto contentarum de Actu et data illius hic Premisliae die hodierna in actu contenta Anno praesen. confectum conscriptum, dictum, manibus sui Recognoscen. et praefatae Generosae Consortis suae propriis subscriptum in omnibus et singulis eiusdem scripti manualis Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadio, Ligamentis, ac nexibus in vniuersum omnibus eisdem Generosis Valentino Sasim et Christinae Iwanowska Coniugibus ipsorumque Posteris firmiter tenere, complere, exequi, ac inuiolabiliter obseruare, omnibusque et singulis, eiusdem scripti manualis contentis tam in toto, quam in quauis minima parte, toties quoties opus fuerit satisfacere, scriptum praefatum manuale ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesen. Roboratoriam ad praedictum scriptum manuale Vicissim in toto referendo, Idque sub Vadio summae Mille Quingentorum florenorum polon., per eundem Recognoscen. vel eius successores supramemoratis Generosis Sasimom Coniugibus vel eorum Posteris ob non completionem contentorum scripti praefati manualis omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum succumben. Nihilominus is idem Recognoscens Generosus Stanislaus Grochowski, se ac suos successores in et super

Se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus inscribit et obligat.

bonis suis generaliter omnibus; summisq[ue] pecuniis quibusuis habitis et habendis suprascriptis Dnis Valentino Sasim et Cristinae Iwanowska coniugibus legitimis eorumq[ue] posteris inscribit et obligat praesens praefatam Dnam Sophiam Drewnicka consortem suam legitimam infra decursum Duodecim Septimanarum ad approbandam per ipsam Inscriptionem praesentem Roboratorium vel similem suo pro interesse faciendam ad Acta quaeuis authentica leui vim perpetuitatis in se habentia, vel in euentu mortis successores illius adducere et personaliter statuere, aeq[ue] vel eius successoribus ut praemissa debite exequantur efficere, Alias sub vadio simili et poena vadio simili summa Mille Quingentorum florenorum polon. per eundem Recognoscen[tem] siue eius posteros suprascriptis Dnis Sasimowa coniugibus vel eorum successoribus pro non statuitione eiusdem consortis suae statuendae vel in euentu mortis successorum illius pro tempore et loco superius expressis statuendorum succumbendo. Pro quoquidem vadio vel vadijs modo praemisso soluendis succumbendis seu pro aliqua principali ex praemissis non completa complenda, praefataq[ue] consorte sua non statuta statuenda Citatus existens memoratus Recognoscens Dnus Stanislaus a Drochowce Drochowski, siue eius successores, Ad Instantiam praefatorum Dnorum Valentini Sasim et Cristinae Iwanowska coniugum legitimorum vel eorum posterorum ad Officium praesens Castrense Capitale Praemisliense, Exoneri recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare Iuri parere, respondere, Vadium vel Vadia praefata luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq[ue] ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, Causa eiusdem Terminos semper peremptorios vero Infirmitate promotori, minorennitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum seruitio militari, ad munimenta, ad euictorem, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, Ad Quietationem vero ex[?]

mos

007 731.

mos officii praefati Castrensis Capitan. Praemislien. dilationem sibi non re-
cipiendo, nullasq. motiones, appellationes, ac earum prosecutiones
faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis eva-
sionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione terrestri, bello
Conventionez, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subter-
fugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Hac sua praesenti persona-
li Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Vigore Laudi, Feria sexta in Crastino Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini Anno eiusdem Anno Dmo. Og.

21/VI 1669

Jaworski Conti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen. Castren. Capitan. Praemislien. Nobilis Hry Jaworski Ptzor... sanus mente et Corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq. suis quibusvis propriis et competen. recedens, Praesen. vero Castren. Capitan. Praemislien. Iurisdictioni quoad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq. subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Palaszka Stanelewska Consorti suae legitimae, eiusq. posteris, summam Centum Florenorum Polon. ratione doti et expeditionis post eam acceptae et in domum suam importatae, nec non aliam similem summam Centum Florenorum Polonicalium, ratione certi, veri, iusti, et liquidi dotalitij inter superiora et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium, haereditariorum, obligatoriorum, mobilium et immobilium, summarumq. quarumvis pecun., nec non auri, argenti, clenodiorum, unionum margaritarum, vestium, vestimentorum, stanni, aeris, cupri,

Orichalci